

THEATRVM VERITATIS. ET IVSTITIAE SIVE DECISIVI DISCVRSVS

Ad veritatem editi, in forensibus controuersijs, Canonicis, & Cuiilibus,
in quibus, in Urbe Aduocatus, pro vna partium scripsit,
vel consultus respondit

IO. BAPTISTA DE LVCA
VENVSINVS.

*Per materias, seu titulos distincti, iuxta proximam indicem.
post prefationem.*

LIBER DECIMVSQ VINTVS

P A R. I.

DE IUDICIIS, ET DE PRAXI CVRIÆ ROMANÆ.

P A R. II.

RELATIO ROMANÆ CVRIÆ FORENSIS, EIV SQVE
TRIBVNALIVM, ET CONGREGATIONVM.



J. Clouet sc.

R O M AE,

Typis Heredum Corbelletti. M.DC.LXXXIII.

SUPERIORVM PERMISSV.



IUDICIALIS FORI PROFESSORIBVS AVCTOR.



Iudiciorum, Romanæque Curiæ praxis,
ac Relationis, volumen hoc, quo meum
VERITATIS, ET IUSTITIAE THEATRVM
perficitur; Vobis dirigi congruit, Iudi-
cum, ac Defensorum personam agen-
tibus, cum omnibus æqua lance con-
gruat. Stylum autem, ab illo aliorum voluminum di-
uersum, super generica, non autem indiuidua casuum,
ac rerum tractatione, subiectæ materiæ tribuite. Alteram
verò diuersitatem, loquendi continuata oratione, citrà al-
legationum intersecationem, genio condonate; Aliquas ta-
men auctoritates, prò sufficienti lumine, meo Amanuensi
in glosis marginalibus indicante; Vobis enim scientibus
legem loquor; Alios verò diuersi generis professores, vt
alios, eorum capacitatí magis oportunos quærant scripto-
res, monco.

DE IUDICIIS

DISCURSUS PRIMVS

GENERALIS

De Iudiciorum diuisione , varijsque generibus , vel respe-
ctuè speciebus , et in quibus Iudicium consistat ;
Et de quo Iudiciorum genere agatur in præ-
senti ; Cum alijs proemialibus
ad materiam .

S U M M A R I V M

- 1 *A d quid iudicia inuenta sunt.*
- 2 *A liud est iudicium civile , & aliud
criminale .*
- 3 *Qua propriè dicantur iudicia publica , &
qua priuata .*
- 4 *Adesse solent iudices civiles , criminales
diffinēti , ut unus in alio causarum
genere se non ingeras .*
- 5 *De diffinētione causarum ciuilium , &
ecclæsticarum , sive canonicarum . sed
quod omnes veniant sub nomine ci-
wilium ad differentiam crimin-
alium .*
- 6 *De qua iudiciorū specie hic agatur nem-
p̄ ciuilium , & de ratione cur de
criminalibus non agatur , nisi inci-
denter .*
- 7 *De quibus Auctor agat in toto opere
Theatri .*
- 8 *Quare mutetur ordo solitus in hoc volu-
mine .*
- 9 *De ratione , ob quam in alijs voluntini-
bus agatur de casib⁹ particulari-
bus .*
- 10 *De generalibus distinctionib⁹ , vel præ-
notationib⁹ remissis .*
- 11 *Quale sit iudicium ordinarium .*
- 12 *In hoc iudicio sententia sine libello , &
absque terminis substantiis illud est
nulla .*
- 13 *Termini substantiales seruati in iudicio
summario , illud faciunt ordinariū .*
- 14 *In iudicio ordinario intrat appellatio
suspensiva .*
- 15 *Qualis sit causa summaria .*
- 16 *Aliud est causam esse summariam , & aliud*

est esse executiūm .

- 17 *Aliud est iudicium personale , & aliud
reale , & quale sit personale , vel rea-
le .*
- 18 *Aliud est petitorum , & aliud posses-
sorum , & quale sit unum , vel alterum .*
- 19 *De possessorio adipiscenda , seu inamisso-
nis , in quibus casibus intret , plura-
que remedia adipiscenda recensen-
tur .*
- 20 *De altero reintegrande , seu recuperan-
da .*
- 21 *De possessorio refinendæ seu manutentio-
nis , & quando sit summarium , & ex-
cutiūm .*
- 22 *De distinctione inter causas temporales ,
& spirituales .*
- 23 *Qua sit causa spirituales distinguuntur .*
- 24 *De distinctione inter iudicium ordina-
rium , & delegatum .*
- 25 *De causis extrafiguram iudicij .*
- 26 *De alijs distinctionibus remissis .*
- 27 *Ex quibus iudicium constet nempe de
auctore , reo , & iudice .*
- 28 *De Principe , vel Fisco in causa pro-
pria .*

D I S C . I .

Iudicia omnia , aut diri-
mendarum controvæ-
rum , aut puniendorum
maleficiorum causa com-
parata esse , admonet Ci-
cero in oratione pro Ce-
cina , quem communiter laudant Inisti-
tutionum interprates (quorum vnu-
dixisse sufficiat , ad hoc ut omnes repe-
tent)